



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae, 1584**

**VD16 B 7375**

23. [i.e. 24.] De tribus Deiparæ virginis imaginibus, ab incendio circumquaque grassante diuintùs conseruatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

loco etiam tum pendentem paulò post conspeximus. Non haberent homines isti in Christi & sanctorum eius venerandas imagines potestatem vel minimam, nisi data illis esset desuper. Qui legem posuit aquis, ne transeant fines suos, idem & eiusmodi hominum rabiem vel minimo nutu coercere potest, & sæpenuerò vel miraculosè coercet, vel exertam in se suosque sanctos rabiem, cùm acceperit tempus, sæuerissimè indicat.

*De tribus Deiparæ virginis imaginibus, ab incendio circumquaque grassante diuinitus conseruatis.*

## CAP. XXIII.

Circa annum Domini 1533. oppidum Delphense in Comitatu Hollandiæ, incendio conflagrauit. Erant autem id temporis in eodem oppido tres imagines Deiparæ virginis præ cæteris omnibus præcipuè artis, venustatis & venerationis. Prima in antiquo templo, altera apud domum Senatoriam; tertia iuxta ædes Prætoris. Grassante incendio omnia circumquaque flammis vastata, atque in cineres redacta fuerunt: tres verò istæ Deiparæ virginis imagines, quæ multis inde ab annis pietatis & religionis ergò istis in locis erectæ erant, inuiolatæ & illæsæ penitus permanserunt. Sic placuit Altissimo, sacratissimæ atque integerrimæ matris suæ iconas honorare, qui dum in assumpta ab ea carne homo inter homines conuersaretur, non dedignatus



Luc. 2.

natus est teneræ virgini & putatio patri subditus esse.

*De puella, quæ voto ante imaginem Deiparæ facta, à diuturna infirmitate conualuit: ipsa vero imago iam ante ex nimia vetustate cædida, ac postmodum, per platearum confragosa raptata ab hæreticis, illaesa permansit.*

## CAP. XXV.

**P**resentem historiam, & tres præcedentes retulit nobis quidam doctrina, ætate vitæ sanctimonia admodum veneranda, qui Delphis agens, anno Dominicæ incarnationis 1535. habuit istic inter cæteras religionis virgines, quandam suæ confessionis filiam ætate 10. annorum. Quæ cum id temporis, quamdiu graui præmeretur infirmitate, præter matertera, etiamnum superstes, templum quod ibidem vocant Nouum, ingressa, ante quendam imaginem dolorum sacratissimæ virginis in orationem se resoluens, vomitum frumenti, quantum infirma iuuentutis ponderaret. Quo voto præfinito, mox præter pristinae sanitati restituta est. Imago vero tantæ fuit antiquitatis, vt planè esset carere necessumque esset exeso capiti nouum subdituere. Quæ in & brachium longa vetustate intactum, vno duntaxat clauiculo firmatum, quæ tunc adhuc corpori exeso adhærebat. Deiparæ imaginem iconomachi anno 1566. in Belgio tamultuantes inuaserunt, iniecerunt